This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600095820U

POETAE LYRICI GRAECI.

RECENSUIT

THEODORUS BERGK.

EDITIO ALTERA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE,
APUD REICHENBACHIOS.
MDCCCLIII.

Londini,
Williams & Norgate. David Nutt.

292. c. 81.

AUGUSTO MEINEKIO,

FRIDERICO THEOPHILO WELCKERO

D. D. D.

THEODORUS BERGK.

PRAEFATIO.

Ἀνδρῶν δικαίων χρόνος σωτὴρ ἄριστος.

Citius, quam putaveram, mihi redeundum fuit ad studia in Lyricorum Poetarum reliquiis olim a me collocata, neque unquam plane intermissa. Quintus enim iam agitur annus, ex quo retractandae prioris editionis initium feci, ex quo quidem tempore, quidquid otii officiorum religio concessit, id fere omne ad praestantissima haec Graecae poesis monumenta perpolienda adhibui. Sed cum iam altera haec poetarum lyricorum editio, opus laboris operaeque multiplicis, ad finem sit perducta, pauca quaedam praemonebo. In priore editione cum selectas librorum manuscriptorum lectiones subiecissem, nunc integram fere scripturae varietatem e codicibus notatam addidi, nisi quod in Pindari carminibus, Olympicis maxime, non omnia deteriorum librorum vitia recensui, neque ubique, si lectio aliunde satis stabilita erat, sordes omnes Etymologi Gudiani aut Prisciani codicum exhibui, neque tamen credo praetermissas esse a me lectiones, quae quidem alicuius sunt momenti; fortasse tamen vel sic non deerunt, quibus videar modum excessisse in codicum lectionibus commemorandis, sed malui in hanc potius partem peccare. Adhibui autem ubique quantum licuit editiones novissimas, quae ab hominibus doctis ad artis criticae leges emendatae sunt, ex quibus editionibus codicum notas petii, quas qui accuratius cognoscere

velint, illas ipsas editiones adeant, necesse est. Hominum doctorum coniecturas quanta maxima potui diligentia notavi; etiam ex iis, quae parum probabilitatis habent aut reiiciendae videntur, permultas commemoravi: contra in locis difficilioribus, ubi omnis coniectandi labor prorsus incertus est, saepe malui silentio praetermittere, quae ipse suspicatus eram, quam vana opinionum commenta in medium proferre *). Omnino enim in recensendis horum poetarum reliquiis hanc legem secutus sum, ut quam proxime ad librorum optimorum auctoritatem accederem, itaque haud paucis locis lectionem quamvis aperte depravatam intactam reliqui. Quare etiam in dialecto, qua quisque poeta usus est, restituenda satius duxi plerumque codicum auctoritatem sequi quam omnia ubique revocare ad illam sermonis aequalitatem, quam hoc tempore grammatici nostrates, qui dialectorum arcana soli norunt, sectari solent. Alia fortasse emendatiora etiam proponi potuissent, si nova adhibere licuisset subsidia: velut in Pindaro perpoliendo cum essem occupatus, frustra identidem operam dedi, ut codicis Vaticani 1312. vel collati vel conferendi fieret copia. Omnino autem operis laboriosi difficultates auctae sunt eo, quod cum multorum librorum usus domi esset denegatus, coactus eram aut ipse adire exterorum bibliothecas aut aliunde arcessere libros, quibus ad tempus tantum uti licuit: sed non possum non gratias agere quam maximas viris amicissimis, Bonnae, Cassellis, Gottingae, Heidelbergae, qui libris suppeditandis haec mea studia adiuverunt. Illud quoque accessit, quod priusquam licuit librum ad umbilicum usque adducere, Chattis relictis, quae mihi altera paene patria fuit, domicilium huc transferendum fuit, id quod moram haud exiguam operi attulit.

*) Illud praeterea hic moneo, me ea fragmenta quae ex coniectura tantum alicui poetae aut carmini vindicata sunt *asterisco* notavisse; quae adiecta sunt verba ex suspicione his signis ( ), quae delenda visa sunt hoc modo [ ] notavi. In Orthographia quidquid novatum est, id suis locis significavi, nisi quod in extremo versu νῦ illud ephelcysticon tacite fere adieci, et quod παρ, ἀν, κατ alia scribere soleo, non ut vulgo fit πάρ, ἄν, κάτ, quod mihi quidem videtur ratione carere.

Illud praeterea praemuniendum est, cum in priore editione eos tantum poetas in ordinem recepissem, qui usque ad Alexandri Magni tempora floruerunt, me iam fines aliquanto latius protulisse: nam continentur hac altera editione reliquiae omnium poetarum, quotquot usque ad annum 300 a. Chr. n. sive usque ad Olymp. 120 initium vixerunt. Nam inde ab hoc demum tempore, quo regna ab Alexandri Magni successoribus condita satis iam stabilita erant, et discordia, quae omnia perturbaverat, aliquamdiu composita est, novum litterarum Graecarum saeculum capit exordium, de qua re nuper alio loco pluribus disputavi *). Poetarum Alexandrinorum reliquias non magis nunc quam olim recepi, cuius rei rationem paucis in praefatione prioris editionis significavi, et qui norunt qualis poesis graecae indoles illis fuerit saeculis, facile hanc rationem comprobabunt: nam qui me reprehenderunt, quod non simul horum poetarum carmina complexus essem, iis auctor sum, ut singillatim exponant, quaenam ex Callimacheis sint recipienda, quaeve seponenda. Sed in *Anthologia Poetarum lyricorum*, quae his ipsis diebus a me adornata prodibit **), ubi non id agebatur, ut integrae reliquiae poetarum reciperentur, sed delectus habendus erat, etiam Alexandrinorum poetarum et qui insequuntur habui rationem.

Prior editio cum publici esset iuris facta, Schneidewin in Annalibus Berolinensibus anni 1844. censuram egit, quam paulo post peculiari libello edidit (Beiträge zur Kritik der Poetae Lyrici, Göttingen 1844.) comitemque isti se addidit Ahrens qui in Diurnis Halensibus anni 1844. operam a me praestitam sub iudicium vocavit. Quod si solito philologorum more uti consuevissem, in hac altera editione commoda oblata erat occasio, per quam ab adversariis iniquissimi iudicii poenas repeterem, sed sedulo cavi, ne quid in adnotationibus in illos dicerem, neque hic

*) Cf. Annales Antiquit. 1853. n. 16. 17.

**) Anthologia Lyrica, continens Theognidem, Babrium, Anacreontea cum ceterorum poetarum reliquiis selectis ed. Theodorus Bergk, Lipsiae MDCCCLIII apud Reichenbachios.

decet de contumeliis amicitiae simulatione mihi illatis conqueri: equidem satius duxi iniuriarum oblivisci, quam illorum via grassari;

Τοὔνεκεν, εἰ φίλος ἀστῶν, εἴ τις ἀντάεις, τό γ' ἐν ξυνῷ
πεπονημένον εὖ
μὴ λόγον βλάπτων ἁλίοιο γέροντος κρυπτέτω·
κεῖνος αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρόν
παντὶ θυμῷ σύν γε δίκᾳ καλὰ ῥέζοντ' ἔννεπεν.

Scr. Friburgi Brisgaviae
die xxi. Iunii MDCCCLIII.

Theodorus Bergk.

PRAEFATIO EDITIONIS PRIORIS.

Poetarum, quicunque apud Graecos lyricam artem illustraverunt, reliquias colligendi et edendi consilium non nuper suscepi, sed iam multis annis ante agitavi, tum, postquam Schneidewinum virum amicissimum eidem operi intentum esse cognoveram, abieci; at ubi intellexi illum delectum tantum ex his carminum reliquiis parare, ibi vero rursus recepi institutum laborem, non inutile me tractare opus ratus, sed quod plurimorum desideriis satisfaceret. Nam singulatim quidem homines docti lyricos Graecorum poetas ediderunt plerosque: quemadmodum Hermannus, Boeckhius, Dissenius in emendandis et explicandis Pindari carminibus praeclaram collocaverunt operam; de Theognidis reliquiis egregie meriti sunt Bekkerus et Welckerus: alii certatim novem qui vocantur lyricos illos poetas illustraverunt commentariis, ex quibus Schneidewiniana Simonidis Cei recensio facile primum sibi vindicat locum; quin etiam minus nobiles poetae interpretes atque criticos nacti sunt. Itaque consentaneum visum est, iam una comprehendere omnium lyricorum poetarum reliquias, in quibus quidem edendis hanc rationem secutus sum, ut nihil nesciis legentibus novatum sit: in critica enim adnotatione, quam subieci, sedulo operam dedi, ut quid librorum manu scriptorum auctoritate nitatur, quidve ex hominum doctorum coniecturis profectum sit, plane posset perspici. Sed ne nimium libri moles augeretur, praecipuas tantum coniecturas easque, quae probabilitatis specie maxime commendarentur, commemoravi. Seclusi autem ab hac collectione eos poetas, qui inde ab Alexandri Magni aetate inclaruerunt, quoniam inde ab eo tempore graecae

poesis ratio prorsus immutata est, ita ut iam non liceat tria illa praecipua poesis genera, sicut ante, distinguere.

Iam siquid in colligendis corrigendisque horum poetarum carminibus aut praetermisi aut peccavi, erranti condonabunt aequi iustique arbitri, qui non ex iis, quae falsa aut prava sunt, sed ex iis, quae nitent, etiamsi non sint plurima, pretium operi solent statuere; qui illud teneant, hoc opus varii multiplicisque laboris esse et per multa temporis intervalla, cum aliis impeditus essem negotiis, confectum esse.

Superest ut gratias agam viris amicissimis, Augusto Meinekio Berolinensi et Christiano Schubarto Cassellano, quotidiana propemodum consuetudine olim mecum coniunctissimis, quorum ille emendationes aliquot praeclaras mecum communicavit, alter quae ex Vindobonensis bibliothecae copiis in suum usum converterat, mihi ea qua insignis est liberalitate concessit, ita ut mihi liceret cum alia, tum potissimum Phocylideum quod vulgo perhibetur carmen multo auctius atque emendatius in medium proferre.

Scripsi Marburgi Chattorum
Calendis Novembribus MDCCCXLII.

INDEX.

Pindari Carmina.

Pag.

Index carminum . . . . . 1— 6
Index temporum . . . . . 7— 13
OLYMPIA . . . . . 14— 79
PYTHIA . . . . . 80—149
NEMEA . . . . . 150—197
ISTHMIA . . . . . 198—227
FRAGMENTA . . . . . 228—310

Poetae Elegiaci.

I. Callinus . . . . . 313—315
II. Tyrtaeus . . . . . 316—325
III. Asius 326
IV. Pisander 326
V. Mimnermus . . . . . 327—333
VI. SOLON . . . . . 333—354
VII. Cleobulina 354
VIII. Aesopus 355
IX. Demodocus . . . . . 355—356
X. Phocylides . . . . . 357—360
XI. Pseudophocylidea . . . . . 361—375
XII. Xenophanes . . . . . 376—380
XIII. THEOGNIS . . . . . 381—454
XIV. Hipparchus 455
XV. Pigres 455
XVI. Epicharmus 456
XVII. Aeschylus . . . . . 456—457
XVIII. Sophocles . . . . . 457—461
XIX. Ion . . . . . 462—466
XX. Melanthius . . . . . 466—467
XXI. Archelaus 467
XXII. Hippo 467
XXIII. Empedocles 468
XXIV. Dionysius Chalcus . . . . . 468—470

		Pag.
XXV.	Euripides	471—472
XXVI.	Thucydides	472—473
XXVII.	Alcibiades	473
XXVIII.	Agathon	473
XXIX.	[illegible]us	474—479
XXX.	Critias	480—483
XXXI.	Iophon	484
XXXII.	Socrates	484—485
XXXIII.	Antimachus	485—489
XXXIV.	Plato	489—496
XXXV.	Simmias Theban	497—498
XXXVI.	Zeuxis	498
XXXVII.	Parrhasius	499
XXXVIII.	Praxiteles	500
XXXIX.	Dionysius minor	500—501
XL.	Mamercus	501
XLI.	Astydamas	501
XLII.	Philiscus	502
XLIII.	Aphareus	502
XLIV.	Speusippus	503
XLV.	Demosthenes	503
XLVI.	ARISTOTELES	504—521
XLVII.	Cleon (Siculus)	522
XLVIII.	Crates	522—529
XLIX.	Theocritus Chius	529
L.	Menander	529

Iambographi.

I.	ARCHILOCHUS	535—576
II.	SIMONIDES AMORGINUS	576—588
III.	HIPPONAX	588—615
IV.	Ananias	616—617
V.	Diphilus	617—618
VI.	Hermippus	618—619
VII.	Scythinus	620—621
VIII.	Herodas	621—624
IX.	Cercidas	624—626
X.	Aeschrio	626—628

Poetae Melici.

		Pag.
I.	Terpander	631—632
II.	ALCMAN	633—661
III.	Arion	662—663
IV.	SAPPHO	664—702
V.	Erinna	702—704
VI.	ALCAEUS	704—735
VII.	Pittacus	736
VIII.	Bias	736
IX.	Chilo	737
X.	Thales	737
XI.	Cleobulus	737—738
XII.	Echembrotus	739
XIII.	Sacadas	739
XIV.	Xanthus	739—740
XV.	STESICHORUS	740—761
XVI.	IBYCUS	761—773
XVII.	ANACREON	774—806
XVIII.	ANACREONTEA	807—836
XIX.	ANACREONTEORUM APPENDIX	837—862
XX.	Lasus	863
XXI.	Apollodorus	864
XXII.	Tynnichus	864
XXIII.	Telesilla	865—866
XXIV.	SIMONIDES	866—938
XXV.	Timocreon	939—942
XXVI.	Myrtis	943
XXVII.	Corinna	943—950
XXVIII.	Lamprocles	951—952
XXIX.	Pratinas	953—956
XXX.	Phrynichus	957
XXXI.	Diagoras	958
XXXII.	Cleomachus	959
XXXIII.	Cleomenes	959
XXXIV.	Cydias	960
XXXV.	Praxilla	961—963
XXXVI.	BACCHYLIDES	963—979
XXXVII.	Melanippides	980—982
XXXVIII.	Cinesias	983

		Pag.
XXXIX.	Ariphron	983— 984
XL.	Licymnius	985— 986
XLI.	PHILOXENUS	987— 999
XLII.	TIMOTHEUS	1000—1005
XLIII.	TELESTES	1006—1008
XLIV.	Polyidus	1009
XLV.	Lycophronides	1009—1010
XLVI.	Castorio	1011—1012
XLVII.	Hermodotus	1013

Scolia, Carmina Popularia, Fragmenta adespota.

Scolia	1017—1025
Carmina Popularia	1026—1043
Fragmenta adespota	1044—1078

PINDARI CARMINA.

INDEX CARMINUM*).

OLYMPIA.

Olymp. I. Hieroni Dinomenis f. Syracusarum regi, celete Pherenico victori Olymp. 77. in victoriae sollemnibus in convivio Syracusis in aula regia cantatum, praesente tum Pindaro.

Olymp. II. Theroni Aenesidami f. Agrigentinorum tyranno, curru victori Olymp. 76. auriga Nicomacho, in victoriae sollemnibus Agrigenti cantatum.

Olymp. III. Eidem ob eandem victoriam, Agrigenti in Theoxeniis cantatum eodem fere tempore.

Olymp. IV. Psaumidi Acronis f. Camarinaeo, non equis sed rheda mulari victori Olymp. 82. Olympiae cantatum, praesente tum Pindaro.

Olymp. V. Eidem ob eandem victoriam, eodem anno reduce Psaumide Camarinae in pompa cantatum.

Olymp. VI. Agesiae Sostrati f. Iamidae Syracusio, rheda mulari victori Olymp. 78. Stymphali cantatum post victoriam, Thebis missum.

Olymp. VII. Diagorae Damageti f. Rhodio, pugilatu victori Olymp. 79. in Rhodum insulam missum, post reditum in convivio Ialysi cantatum.

Olymp. VIII. Alcimedonti Iphionis f. Aeginetae, lucta inter pueros victori Olymp. 80. Melesia magistro, cantatum Olympiae in pompa.

Olymp. IX. Epharmosto Locro Opuntio, lucta victori probabiliter Olymp. 81. Opunte in sollemnibus victoriae cantatum.

Olymp. X. Agesidamo Archestrati f. Locro Epizephyrio pugilatu inter pueros victori probabiliter Olymp. 74. (cod. Vrat. Olymp. 76.) Olympiae cantatum, praesente tum Pindaro.

Olymp. XI. Eidem ob eandem victoriam, longo post victoriam intervallo Thebis in urbem Locrorum Epizephyriorum missum ibique in sollemnibus victoriae redeuntibus cantatum.

Olymp. XII. Ergoteli Philanoris f. Himeraeo, dolicho victori Olymp. 77. in Sicilia compositum, Himerae cantatum post reditum.

Olymp. XIII. Xenophonti Thessali f. Corinthio, stadio et quinquertio victori Olymp. 79. Corinthi cantatum in comissatione Iovi habita.

---

*) Hic index carminum, sicut qui deinde sequitur, temporum index, est ex Boeckhii editione repetitus. Adieci infra in margine pauca quaedam.

Olymp. XIV. Asopicho Cleodami f. Orchomenio Boeoto, stadio inter pueros victori Olymp. 76. Orchomeni cantatum in pompa Gratiis ducta, haud dubie a pueris.

PYTHIA.

Pyth. I. Hieroni Dinomenis f. Aetnaeo, Syracusarum regi, curru victori Pyth. 29. Olymp. 76, 3. Aetnae cantatum in comissatione apud Dinomenem Hieronis f.; post ipsam victoriam scriptum.

Carmen II. Eidem Hieroni Syracusio, quadrigis equorum pullorum victori Thebis in Heracleis s. Iolaiis, Thebis missum Syracusas in arcem regiam, probabiliter Olymp. 75, 4.

Pyth. III. Eidem Hieroni Syracusio, gratulandis celebrandisque Pythiis victoriis celete Pherenico Pyth. 26. et 27. (Olymp. 73, 3. et 74, 3.) partis missum Thebis Syracusas imminentibus Pythiis Olymp. 76, 3.

Pyth. IV. Arcesilao IV. Batti f. Cyrenarum regi, curru victori Pyth. 31. Olymp. 78, 3. auriga Carrhoto; Damophili commendandi causa et victoriae celebrandae Thebis Cyrenas missum haud diu, ut videtur, post victoriam, ibique cantatum; sed post carmen quintum.

Pyth. V. Eidem ob eandem victoriam, Cyrenis ante quartum carmen in pompa victoriali ad Apollinis templum ducta cantatum, vel in via vel finita pompa.

Pyth. VI. In Xenocratis Aenesidami f. Agrigentini victoriam curulem Pyth. 24. Olymp. 71, 3. ad Thrasybulum Xenocratis f. aurigantem, Delphicae comissationi destinatum.

Pyth. VII. Megacli vel Hippocratis vel Clisthenis f. Atheniensi curru victori Pyth. 25. Olymp. 72, 3. Delphis, ut videtur, cantatum.

Pyth. VIII. Aristomeni Xenarcis f. Aeginetae, lucta inter pueros victori Pyth. 33. Olymp. 80, 3. Delphis, ut videtur, scriptum praesente tum Pindaro, Aeginae cantatum*).

Pyth. IX. Telesicrati Carneadae f. Cyrenaeo, armato cursu victori Pyth. 28. Olymp. 75, 3. ante reditum Cyrenas scriptum et cantatum, fortasse Thebis.

Pyth. X. Hippocleae Phriciae f. Pelinnaeensi, diaulo victori Pyth. 22. Olymp. 69, 3. Pindaro annos XX nato; cantatum probabiliter in pompa a choro Cranoniorum, urbem Larissam ingrediente.

Pyth. XI. Thrasydaeo Thebano stadio inter pueros victori Pyth. 28. Olymp. 75, 3. Thebis cantatum in pompa ad templum Apollinis Ismenii ducta**).

---

*) Adversatur Krüger Historisch-Philol. Studien p. 177 seqq. cui carmen Ol. 77. 3 vel 78. 3 scriptum esse videtur.

**) Tycho Mommsen de vita Pindari p. 62 seqq. ad Ol. 80, 3, Rauchenstein in Philologo I. p. 193 seqq. ad Ol. 79. 3 refert.

Pyth. XII. Midae Agrigentino tibiis victori Pyth. 24. vel 25. (Olymp. 71, 3. vel 72, 3.) Agrigenti cantatum in pompa.

NEMEA.

Nem. I. Chromio Agesidami f. Aetnaeo, curru victori post Aetnam Olymp. 76, 1. conditam; cantatum, ut videtur, Ortygiae Olymp. 76, 4. praesente tum Pindaro.

Nem. II. Timodemo Timonoi f. Atheniensi, pancratio victori, Athenis cantatum ante comissationem aliquo post pugnam Plataicam tempore.

Nem. III. Aristoclidae Aristophanis f. Aeginetae, pancratio victori tempore incerto; Aeginam transmissum diu post victoriam, redeuntibusque Nemeadis sollemnibus cantatum in convivio, quod in sacro loco Thearion victoriae celebrandae causa habitum est, ante Aeginam Olymp. 80, 3. ab Atheniensibus subactam.

Nem. IV. Timasarcho Timocriti f. Aeginetae, lucta inter pueros victori, Melesia magistro, tempore incerto, sed aliquo ante Olymp. 80. tempore. Aeginam missum, ibi ut in novilunio caneretur a choro puerorum pompam ducente.

Nem. V. Pytheae Lamponis f. Aeginetae, pancratio inter pueros victori, Aeginae cantatum. Victoria et oda priores sunt Isthmiis Phylacidae victoriis odisque Isthmiis quinta (VI) et quarta (V), ex quibus recentior in Olymp. 75, 3. referenda videtur. Itaque Pytheae victoria ante pugnam Salaminiam ponenda.

Nem. VI. Alcimidae Theonis f. Aeginetae, lucta inter pueros victori, Melesia magistro, unde carmen ad Olymp. 80. propius quam ad Olymp. 75. accedere videtur; Aeginae cantatum.

Nem. VII. Sogeni Thearionis f. Aeginetae, quinquertio inter pueros victori Nem. 54. Olymp. 79, 4. carmen Aegina cantatum.

Nem. VIII. Dinidi Megae f. Aeginetae, stadio bis victori, Aeginae cantatum in Aeaceo, Olymp. 80, 3. Victoriae quando partae fuerint, non constat.

Carmen IX. Chromio Agesidami f. Aetnaeo, curru victori Sicyone in Pythiis; victoriam olim partam poeta post Aetnam Olymp. 76, 1. conditam celebravit, ubi in civitate recens instituta in pompa ante convivium carmen hoc cantatum, idque recentiori tempore quam Nem. I. adeoque probabiliter post Olymp. 76, 4. immo ipso anno Olymp. 77, 1., Pindaro in Sicilia versante.

Carmen X. Theaeo Uliae f. Argivo, lucta bis victori Argis in Hecatombaeis: carmen ibidem cantatum aliquo post victorias tempore, redeuntibus Hecatombaeis; sed ipsa tempora incerta*).

*) Dissenio inter Ol. 78, 1 et Ol. 80, 3 scriptum videtur.

CARMEN XI. Aristagorae Arcesilai f. Tenedio, cantatum Tenedi in prytaneo, quum prytanis magistratum iniret Aristagoras, inter sacra credo adeundo muneri iuncta.

ISTHMIA.

ISTHM. I. Herodoto Asopodori f. Thebano, curru victori, fortasse Olymp. 80, 3., Thebis haud dubie et scriptum et cantatum, quum poeta carmini Ceis faciendo intentus esset.

ISTHM. II. Isthmiae curuli victoriae et aliis Xenocratis Aenesidami f. Agrigentini celebrandis scriptum, Thrasybulo eius filio per Nicasippum transmissum post obitum patris. Victoria contigit ante Olymp. 76, 1. adeoque non post Olymp. 75, 3.; carmen factum non ante Olymp. 77, 1.

ISTHM. III. (III. IV.) Melisso Telesiadae f. Thebano, post Nemeaeam equestrem victoriam Isthmiis pancratio victori, Thebis cantatum, aliquot fortasse post pugnam Plataeensem (Olymp. 75, 2.) annis*).

ISTHM. IV. (V.) Phylacidae Lamponis f. Aeginetae, pancratio Isthmiis secundum victori, probabiliter Olymp. 75, 3. Aeginae cantatum**).

ISTHM. V. (VI.) Eidem Isthmiis primum victori pancratio; carmen scriptum post Nem. V. ante Isthm. IV. ante pugnam Salaminiam haud dubie, Aeginae cantatum in convivio apud Lamponem victoris patrem***).

ISTHM. VI. (VII.) Strepsiadae Thebano, pancratio victori; carmen Thebis cantatum; tempora incerta, ex diversis tamen rationibus ea mihi maxime probabilis, ut victoria et carmen in Olymp. 81, 1. differantur.

ISTHM. VII. (VIII.) Cleandro Telesarchi f. Aeginetae, pancratio Isthmiis et Nemeis victori; carmen scriptum paucis post Plataicam pugnam mensibus Olymp. 75, 2. et Aeginae cantatum statim, ut videtur, post Nemeaeam victoriam; Isthmia victoria non post Olymp. 75, 1., Nemeaea non post hiemem Olymp. 75, 2. contigit.

---

*) Sunt potius duo diversa carmina, vid. quae suo loco dixi.
**) Mommsen l. l. p. 53 ad Ol. 75. 1 refert.
***) Mommsen l. l. p. 48 ad Ol. 72. 1 refert.

INDEX TEMPORUM.

Olympiadum initium a. Chr. 776. anno Olympico primo mense primo, Hecatombaeone Attico d. XI—XV. (Corsin. Diss. agon.)

Pythiadum initium Olymp. 48, 3. (v. Introd. ad Olymp. XII.) incipiente mense Attico Munychione, Olympici anni decimo (Corsin. Diss. agon.).

Nemeadum initium secundum Eusebium Olymp. 53, 1. vel potius Olymp. 53, 2. Incidunt enim in Olympicos annos 2. et 4. (Corsin. Diss. agon.), *aestivae* in annum 4. et mensem Olympici anni secundum, Metagitnionem Atticum d. XII., *hibernae* actae hieme exeunte anni 2. (v. Appendicem commentationis nostrae de Demosth. Mid. temp. in Comm. Acad. Berol. a. 1818.)*).

Isthmiadum numerus ne unus quidem a Pindari interpretibus affertur. Dies definiri posse Corsinus putabat Diss. agon. IV, 3 sqq. quem refutavi ad Olymp. IX, 86 sqq. *Alterae* incidebant in Olympici anni 1. incipientis aestatem, *alterae* vere vel sub aestatem Olympico anno 3. exeunte agebantur (Corsin. ib. IV, 5.)**).

Olymp 64, 3. Pyth. 17.

Pindarus natus mense Attico Munychione incipiente, in ipsis Pythiis***).

Olymp. 68, 3. Pindarus annos sedecim natus.

Si is puer Athenis choros cyclios docuerit, circa hunc id annum posuerim.

Ad idem tempus usque ad vicesimum annum referenda videntur, quae de studiis poetae, maxime de Corinnae familiaritate traduntur.

Inter prima carmina pertinet Hymnus primus (Fragm. Hymn. I. sqq.) a Corinna reprehensus.

Olymp. 69, 3. Pyth. 22.

Hippocleas Pelinnaeensis diaulo inter pueros Pythiis victor, etiam stadio, ut traditur.

Pindarus vicenarius scripsit Pyth. X.

---

*) Cf. C. Fr. Hermann Antiquitt. Sacrae Graec. §. 40, 14. 15.
**) Cf. C. Fr. Hermann l. l. §. 40, 16. 17. 18.
***) Mommsen l. l. p. 26 seqq. Ol. 65. 3 natum statuit.

OLYMP. 70, 1. Olympiae institutus, et Olymp. seq. ut videtur, coeptus rhedae mularis cursus (v. ad Schol. p. 118. sed cf. ad Olymp. VI. Introd.).

3. Pyth. 23.

Delphis coeptus armatus cursus (Introd. ad Pyth. IX.).

OLYMP. 71, 3. Pyth. 24.

Xenocrates Agrigentinus per filium Thrasybulum curru Pythiis victor.

Pindarus annos XXVIII natus scripsit Pyth. VI.

Midas Agrigentinus tibiis Pythia vincit.

Hoc anno vel Pyth. 25. Olymp. 72, 3. Pindarus scripsit Pyth. XII.

OLYMP. 72, 1. Circa hoc tempus ad Helorum flumen Hippocrates Gelensium tyrannus operam navante Chromio, qui posthac Aetnaeus factus, devicit Syracusios (Nem. IX, 40.).

2. Gelo occupat Gelam (Introd. ad Olymp. II.).

3. Mense altero Olympici anni pugna Marathonia (Introd. ad Pyth. VII.).

Pyth. 25.

Curru Pythiis victor Megacles Atheniensis.

Pindarus scripsit Pyth. VII.

Tibiis Pythia iterum vincit Midas Agrigentinus (Introd. ad Pyth. XII.).

Gelo Camarinam restituit mox evertendam (ad Schol. p. 121.).

OLYMP. 73, 1. Gelo Gelensium tyrannus Olympiis curru victor (Introd. ad Olymp. I.).

Hiero primum Olympiis celete victor (ibid.).

Thero Agrigentum occupat (Introd. ad Olymp. II.).

3. Pyth. 26.

Hiero primum Pythia vincit celete Pherenico (Introd. ad Pyth. III.).

4. Gelo Syracusas occupat (Introd. ad Olymp. I.).

OLYMP. 74, 1. Agesidamus Locrus Epizephyrius Olympia vincit lucta inter pueros (cod. Vrat. Olymp. 76.).

Pindarus scripsit Olymp. X. praesens tum Olympiae: sed longo tempore post factum est carmen Olymp. XI.

3. Pyth. 27.

Hiero Pythia iterum vincit celete Pherenico (Introd. ad Pyth. III.).

¾. Circa hoc tempus Thero Himeram occupat (Introd. Olymp. II.).

4. Vere ineunte incipit Xerxis expeditio in Graeciam.

Ad hunc annum refer Fragm. inc. 125. ex carmine Thebanis scripto.

OLYMP. 75, 1. Athenae vastatae.

Mense Olympico tertio, Boedromione Attico, pugna Salaminia (Corsin. F. A. T. III. p. 164 sqq.).

Eodem tempore Carthaginienses et socii a Gelone fratribusque et Therone ad Himeram terra marique fusi (Introd. ad Olymp. II.).

Ante pugnam Salaminiam Nemea vicerat Pytheas Aegineta, et primum Isthmia Phylacidas Aegineta, quae victoriae celebrantur Nem. V. et Isthm. V.

2. Mense secundo Olympici anni, Metagitnione Attico, pugna Plataeensis et Mycalensis (Introd. ad Pyth. XI.).

Aetnae eruptio coepit (Introd. ad Pyth. I.).

Paucis post Plataicam pugnam mensibus Cleandro Aeginetae Isthmiis et Nemeis victori scripta oda Isthm. VII.

Post eandem pugnam, quam diu dubium, etiam Isthm. III. scriptum videtur.

Item post Persica Pindarus Nemeade hiberna anno Olympiadis incertae secundo Nemea Athenas profectus dithyrambos ibi docuit in Dionysiis (Dithyr. Fragm. 3. 4.), restitutis iam Athenis: mox a Thebanis pecunia multatur et ab Atheniensibus praemiis afficitur. Eo tempore, quo Nemea Athenas profectus erat, Timodemo eum carmen Nem. II. scripsisse coniicimus.

Bella Persica respiciuntur etiam Fragm. inc. 93. 94.

3. Pyth. 28.

Telesicrates Cyrenaeus Pythia cursu armato vincit.

Poeta scripsit Pyth. IX.

Stadio pueros vicit Thrasydaeus Thebanus in iisdem Pythiis.

Pindarus composuit Pyth. XI.

Isthmia pancratio vicisse videtur Phylacidas Aegineta secundum: quo pertinet Isthm. IV.

Hiero Geloni defuncto Syracusis succedit (Introd. ad Olymp. I.).

Ante Olymp. 76, 1. ac proinde non post Olymp. 75, 3. Xenocrates Agrigentinus curru Isthmia vicit (Introd. ad Pyth. VI. Nott. ad Olymp. II, 54 sqq.).

4. Dissensiones coeptae inter Hieronem et inter Polyzelum fratrem affinemque Theronem, mox compositae (Introd. ad Olymp. II. Pyth. II.).

Eodem fere anno Hiero Locros Epizephyrios armis Anaxilai Reginorum et Zanclaeorum tyranni eximit (Introd. Pyth. II.).

Hiero quadrigis pullorum Thebis vincit (Ibid.).

Pindarus scribit Pyth. II.

Olymp. 76, 1. Thero Agrigentinorum tyrannus Olympia curru vincit.

Pindarus tum in Graecia versans scripsit Olymp. II. III.

Asopichus Orchomenius stadio inter pueros victor Olympiae.

Poeta in Graecia composuit Olymp. XIV.

Moritur Anaxilaus Regii et Zanclae tyrannus, cuius liberorum tutelam Smicythus suscipit (Introd. Pyth. II.).

Hiero Catanaeorum civitate sublata Aetnam condit (Introd. Olymp. I. Pyth. I.).

Post Aetnam conditam, ut videtur, scriptum Scolium Hieroni dicatum (Fragm. Scol. 5—7.).

3. Hiero Etruscos ad Cumas devincit (Introd. ad Pyth. I.).

Pyth. 29.

Ante Pythiadem Hieroni ex Graecia missum Pyth. III.

In ipsa Pythiade Hiero Aetnaeus curru victor renunciatus; cui tum scriptum Pyth. I.

Non ante hanc Pythiadem scriptum Hyporchema Pythiam eiusdem victoriam mulabus partam celebrans (Fragm. Hyporch. 1—3.).

Ergoteles Himeraeus Pythia cursu vincit (Introd. ad Olymp. XII.).

4. Hoc anno Chromio videtur Nemeaea victoria contigisse, et Nem. I. in Sicilia Pindarus scripsisse.

Thero adulto anno obit (Introd. Olymp. II. XII.). Igitur ante hoc tempus scriptum Encomium Fragm. 1. 2.

Theronis filius Thrasydaeus pellitur, Agrigentum et Himera liberantur: omnia vergente anno (Introd. ad Olymp. XII.).

Olymp. 77, 1. Hiero iterum celete Pherenico Olympia vincit.

Pindarus scripsit Olymp. I. in Sicilia apud Hieronem.

Ergoteles Himeraeus dolicho Olympiis victor.

Pindarus Olymp. XII. in Sicilia composuit.

Ibidem hoc anno Pindarus scripsit carmen Nem. IX. in Chromii victoriam Sicyone olim partam.

Non ante hunc annum scriptum Isthm. II. ad Thrasybulum Xenocratis f.

3. Pyth. 30.

Telesicrates Cyrenaeus stadio Pythiis victor (Introd. ad Pyth. IX.).

4. vel seq. anno Simonides obiit (v. Duker).

Olymp. 78, 1. Hiero curru Olympiis victor (Introd. ad Olymp. I.).

Agesias Syracusius Olympia mulabus vincit.

Pindarus Thebis, ut videtur, scripsit Olymp. VI.

2. Smicythus hortante Hierone Anaxilai filiis imperium tradit (Introd. Pyth. II.).

Hiero obit (Introd. Olymp. I.).

3. Pyth. 31.

Arcesilaus IV. Cyrenarum rex curru Pythiis victor.

Pindarus scripsit Pyth. V. et deinceps Pyth. IV.

Olymp. 79, 1. Diagoras Rhodius pugil victor Olympiis.

Pindarus scripsit Olymp. VII.

Xenophon Corinthius stadio et pentathlo Olympia vincit.

Pindarus scripsit Olymp. XIII. et Scolium Fragm. 1. (Introd. ad Olymp. XIII.).

2. Nemeae institutum pentathli certamen Nem. 53. probabiliter (v. ad Nem. VII.)

4. Camarina a Gelois restituta (ad Schol. p. 121.).

Catanaeorum respublica restituta (Introd. Pyth. I.): Aetnaei cedunt in oppidum Inessam, quod iam Aetnae nomen lucratur (Diod. Sic. XI, 75. et Wessel.).

Hoc anno Nem. 54. vicit Sogenes Aegineta et scriptum Nem. VII. probabiliter (v. ad hoc carmen).

Olymp. 80, 1. Arcesilaus Cyrenarum rex curru Olympiae victor (Introd. ad Pyth. IV.).

Alcimedon Aegineta lucta inter pueros victor Olympiae.

Pindarus Olympiae scripsit Olymp. VIII.

3. Pyth. 33.

Thrasydaeus Thebanus stadio vel diaulo Pythiis victor inter viros (Introd. ad Pyth. XI.).

Epharmostus Locrus Opuntius lucta inter viros victor Pythiis (Introd. ad Olymp. IX.).

Aristomenes Aegineta iisdem Pythiis pueros lucta vincit.

Huic tum Pindarus Delphis mense Olympico decimo scripsit Pyth. VIII. paulo ante subactam ab Atheniensibus Aeginam.

Aeginae obsidio incipit exeunte anno Olympico (Müller. Aeginet. p. 179.).

Fortasse hoc anno Isthm. I. scriptum.

Ante hoc tempus scripta Nem. III. IV. hoc aliquot haud dubie annis etiam ante Olymp. 80.

Item circa Olymp. 80. carmen Nem. VI. ponendum videtur.

Olymp. 80, $\frac{1}{4}$. scriptum Nem. VIII.

4. Lacedaemonii et Boeoti vincunt Athenienses Argivosque et socios apud Tanagram, quattuor fere ante ver mensibus, mense circiter quinto vel sexto Olympici anni (Vide ad Isthm. VI.).

Athenienses vincunt Thebanos ad Oenophyta Tanagraea, LXII diebus post cladem Tanagraeam, duobus fere mensibus ante ver (ibid.).

Aegina ab Atheniensibus in deditionem accipitur, vere eiusdem anni, mense Olympico circiter nono vel decimo (Müller. Aeginet. p. 179.).

Olymp. 81, 1. Epharmostus Locrus Opuntius lucta victor Olympiis.

Poeta scripsit Olymp. IX., *fortasse* etiam Isthm. VI.

Olymp. 82, 1. Psaumis Camarinaeus mulabus Olympia vincit.

Pindarus Olympiae praesens scripsit Olymp. IV. et deinceps Olymp. V.

Olymp. 84, 1. Olympiae abolitus rhedae mularis cursus (v. ad Olymp. VI. Introd.).

Thurii conditi (cf. Introd. ad Olymp. VII.).

3. Ultimus Pindari annus *).

Incertum an huc referendus sit Hymnus in Ammonem Fragm. Hymn. 7.

Si verum est, ut ego credo, Theoxeni in gremio defunctum Pindarum, ad ultimos vitae annos retuleris Scol. Fragm. 2. etsi aliquis id dicat fervidioris esse ingenii.

Ultimum poetae carmen Hymnus in Proserpinam post fata eius divulgatus, Fragm. Hymn. 8.

Pindarus Argis obit octogenarius.

---

*) Mommsen l. l. p. 26 seqq. Ol. 86 4 mortuum statuit.

Editiones antiquae, quarum lectiones adhibitae sunt, *Aldina* a. 1513 (A) et *Romana* a. 1515 (R) sunt. Codices autem collati sunt hi, de quibus Boeckhius in praef. dixit, *Palatinus* A et B (signavi Pa Pb) uterque Olympia continens, uterque interpolatus; *Palatinus* C (Pc) Olympia et Pythia continens, integritate insignis, iterumque collatus est a Kaysero (Lect. Pindar. Heidelberg 1840.); *Bodleianus* α et β (Bα, Bβ,) uterque Olympia continens, uterque interpolatus; *Bodleianus* γ continens Olympia, Pythia, Nem. I—III, in Olympiis interpolatus, in ceteris praestantior; *Bodleianus* C (Bc) in Olympiis interpolatus, in Pythiis melior; *Bodleianus* Ms (Bd) Olympia interpolata continens; *Gottingensis*, continens Ol. Pyth. Nem. I—III integritate praestans (G); *Cizensis* (C) cum ed. Ald. fere consentiens; *Lipsiensis* (Lip.) Ol. cont. interp.; *Cygneus* (Cy) Ol. X—XIV cont. interp.; *Guelpherbytanus* (Gu) continens Olympia, ubi fere cum Romana ed. consentit, et Pythia, ubi cum eadem et cod. Gott. congruit; *Havniensis* (H) Ol. continens ut videtur interpol.; *Moscoviensis* A et B (Ma, Mb) uterque Olympia continens, interp.; *Vratislaviensis* A et B (W1, W2) Olympia continentes interpolata; diligenter hos duos cod. contulit C. E. Chr. Schneider (Apparatus Pindar. Suppl. Vratisl 1844.); *Leidensis* A Ol. interp. continens (La); *Leidensis* B (Lb) continens Ol. interpolata et Pythia usque ad VI. v. 4, ubi praestantior; *Parisinus* A continens Ol. Pyth. et Nemeorum partem, praestantissimus (P1); *Parisinus* B (P2), continens Pythia, partem Nem. Isthm., interpolatus quidem a metricis, ceteroquin non malus; *Parisinus* C (P3) continet omnia carmina, in Isthmiis, fere cum Aldo consentiens; *Augustanus* A (Aa) continet Ol. interp.; *Augustanus* B item Ol. sed integriora exhibet (Ab); *Augustanus* C (Ac) continet Nemea et Isth. I. 1—40, estque e melioribus; *Augustanus* D continens Pyth. I—III, Nem. I. ex parte (Ad); *Augustanus* E (Ae) continens Nem. I. 1—58. *Venetus* A (Va) continens Ol. et Pyth. I—III est e deterioribus *Venetus* B (Vb) continens Ol. et Pyth. est melior; *Venetus* C (Vc) Ol. interp. exhibens; *Venetus* D (Vd), Pythia et part. Nem. continet, estque e melioribus; *Venetus* E Ol. interpol. continet (Ve); *Venetus* F Ol. et Pythia, est praestantior (Vf); *Venetus* G (Vg) Ol. et Pyth. I—IV interp. exhibet; *Mediceus* A,

omnia carmina continet, collatus est ad Nemea et Isthmia (M1); *Mediceus* B (M2) collatus ad Nemea et Isthmia, integritate praestans; *Vaticanus* n. 925 Olympia continens, inter meliores referendus (Va1); *Vaticanus* 1312, de quo dixit Tycho Mommsen in Annal. Antiquitat. 1847. Nr. 114., omnia carmina continens, praestantissimus (Va2). De Pindari aliis codicibus cf. quae disputavit Resler in Philologo T. IV, 510 seqq. — Ceterum ubi codices deteriores praesertim inter se consentiunt usus sum nonnunquam hac nota(*).

Ex iis, qui in Pindaro et emendando et explicando annis novissimis versati sunt, hic imprimis commemorandi *A. Hecker* in Philologi T. V. p. 438 seq. *Heimseth* in Museo Rhen. V. p. 1 seqq. *G. Hermann* qui praeter eas commentationes, quae in Opusculis leguntur, scripsit de Pindari carm. Nem. VI. Lips. 844. de Pindari ad solem deficientem versibus 1845. et emendationes quinque carminum Olymp 1847. *Kayser* in Annalibus Vindobon. T. CV p. 97 seqq. et in Annal. Ienens. 1846. Nr. 287. *Tycho Mommsen* in Mus. Rhen. IV. p. 539 seqq. *Rud. Rauchenstein* Commentationes Pindaricae P. 1. et 2. Aroviae 1844—5. De aliis vid. *Schneidewin* in Philologo T. II. p. 705 seqq.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Α'.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩι

ΚΕΛΗΤΙ.

Strophae.



Epodi.



Str. v. 8. ex duabus tripodiis iambicis et v. 10. ex duobus dochmiis compositum arbitror. — Qui ab hoc schemate recedunt versus 64. et 80. corrupti videntur.

Στρ. ά.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου·
εἰ δ' ἄεθλα γαρύειν
εἶδεαι, φίλον ἦτορ,
μηκέτ' ἀελίου σκόπει
ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἁμέρᾳ φαεννὸν ἄστρον ἐρήμας δι' αἰ-
θέρος.
μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν
ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται
σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ' ἐς ἀφνεὰν ἱκομένοις
μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν,

Ἀντ. ά.

θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν,
ἀγλαΐζεται δὲ καί
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
οἷα παίζομεν φίλαν
ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεζαν. ἀλλὰ Δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα
πασσάλου
λάμβαν', εἴ τί τοι Πίσας τε καὶ Φερενίκου χάρις
νόον ἵπτο γλυκυτάταις ἔθηκε φρονтίσιν,
ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο δέμας
ἀπέρντητον ἐν δρόμοισι παρέχων,
κράτει δὲ προξέμιξε δεσπόταν,

Ἐπ. α.

Συρακόσιον ἱπποχάρμαν βασιλῆα· λάμπει δέ οἱ κλέος
ἐν εὐάνορι Λυδοῦ Πέλοπος ἀποικίᾳ·
τοῦ μεγασθενὴς ἐράσσαιο Γαιάοχος
Ποσειδᾶν, ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε Κλωθώ,
ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκαδμένον.

V. 5. μηκέτ' ἀελίου APcVabdfW1Va1, μηκέθ' ἄλλου vulgo. — V. 6. φαεννὸν Vf, φαενὸν W1, vulgo φαεινὸν. — V. 10. ἱκομένοις GPabBaMb AabHVa, ἱκομένους ARW1MaGuPc (suprascr.) Va1Vabeg G in m., ἱκόμενος P1°, omnes has lect. exhibent schol. — V. 12. πολυμάλῳ, Ahrens πολυμήλῳ. — V. 23. schol. memorat lect. Συρακουσίων ἱπποχαρμᾶν, et Pc συρακουσίων ἱππιοχάρμᾶν, W1 Συρακουσίων ἱππιοχάρμαν, unde olim Συρακόσιον ἱπποχαρμᾶν scripsi, Kayser autem ipsam illam lec. tuetur, ceteris epodis mutatis. — V. 24. ἐν W1Vb, om. PcP1Va1 schol., vulgo παρ'. ib. schol. αὐτορος (et sic P1 supra) et ἐποικίᾳ.

ἦ θαυματὰ πολλὰ, καὶ πού τι καὶ βροτῶν φάτις ὑπὲρ τὴν
ἀλαθῆ λόγον
δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.

Στρ. β'.

χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
ἐπιφέροισα τιμὰν καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστόν
ἔμμεναι τοπολλάκις·
ἀμέραι δ' ἐπίλοιποι
μάρτυρες σοφώτατοι.
ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά· μείων
γὰρ αἰτία.
υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ' ἀντία προτέρων φθέγξομαι,
ὁπότ' ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον
ἐς ἔρανον φίλαν τε Σίπυλον,
ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι

Ἀντ. β'.

δαμέντα φρένας ἱμέρῳ, χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις
ὕπατον εὐρυτίμου ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι·
ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τῶνδ' ἐπὶ χρέος.
ὡς δ' ἄφαντος ἔπελες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιόμενοι φῶτες
ἄγαγον,
ἔννεπε κρυφᾷ τις αὐτίκα φθονερῶν γειτόνων,
ὕδατος ὅτι σε πυρὶ ζέοισαν ἀμφ' ἀκμὰν
μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
τραπέζαισί τ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν

V. 28. θαυματὰ G in m. Wl corr. schol. et agnoscit Eustath. Il. 400. 30. Od. 1796. 2. Io. Diac. ad Hes. Scut. 154., θαύματα Pl G in m. Ve, * θαῦμα τὰ. — φάτις APcPlWlVab schol., qui addit ἔνιοι δὲ φάτιν ἀντὶ τοῦ φρένας τῶν ἀνθρώπων ἀπατῶσιν οἱ ψευδεῖς λόγοι, unde φρένας GVa2*. — ἀλαθῆ Boeckh., v. ἀληθῆ. — V. 34. σοφώτατοι, Hecker σαφέστατοι. — V. 37. τὸν εὐνομώτατον ἐς ARLabPlGuVbdfgBcadMaW12Aab, et praeterea PcLVc nisi quod εἰς, GVal om. ἐς, contra ἐς εὐνομώτατον ἔρανον (ἔραννον) G in m. *. Hermann ἐς εὐνομώτατον ἔρανον ἐς vel τὸν ἔρανον. Possis τὸν εὐνομώτατον ἔρανον ἐς φίλαν τε. — V. 41. χρυσέαισιν, E. Schmid χρυσέαισί τ' fort. rectius, Pc χρυσέαισι κἀν. — V. 43. δευτέρῳ, Hecker δεύτερος. — V. 48. σε scripsi, v. τε. cf. Aristid. I. 442: οἶσθ' ὅτι φασὶν οἱ ποιηταὶ τὸν Πέλοπα κατὰ μέλη τμηθέντα ἑψηθέντα ἐν λέβητι συντεθῆναι πάλιν ἐξ ἀρχῆς. contra Hermann v. 49. τάμον κάτα μέλη. — ἀμφ', ἐπ' schol. APcGPlWlVbdfg. — V. 50. τ', Athen. XIV, 641 C δ'. — δεύτατα schol. APbcBcyGMaW12, Veneti sex, ἀμφιδεύτατα RMbBαβd, ἀμφιδεύτε Val, ἀμφιδεύματα Pl, ἀμφὶ δεύματα Vg probante Boeckhio. Athenaei codd. ABP δευρα i. e. δεύτερα, sed VL δεύτατα.

αἴθεν διεδάσαντο καὶ φάγον.

Ἐπ. β'.

ἐμοὶ δ' ἄπορα γαστρίμαργον μακάρων τιν' εἰπεῖν· ἀφίσταμαι·
ἀκέρδεια λέλογχεν θαμινὰ κακαγόρους. 85
εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποί
ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος· ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι
μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη, κόρῳ δ' ἔλεν
ἄταν ὑπέροπλον, ἄν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμασε καρτερὸν αὐτᾷ
λίθον, 90
τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν εὐφροσύνας ἀλᾶται.

Στρ. γ'.

ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον τοῦτον ἐμπεδόμοχθον, 95
μετὰ τριῶν τέταρτον πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψαις
ἀλίκεσσι συμπόταις
νέκταρ ἀμβροσίαν τε 100
δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
ἔθεσαν. εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λαθέμεν ἔρδων,
ἁμαρτάνει.
τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν ἀθάνατοί οἱ πάλιν 105
μετὰ τὸ ταχύποτμον αὖτις ἀνέρων ἔθνος.
πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον, 110
ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον

Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔδοξον Ἱπποδάμειαν *Ἀντ. γ'.*
σχεθέμεν. ἄγχι δ' ἐλθὼν πολιᾶς ἁλὸς οἷος ἐν ὄρφνᾳ 115
ἄπνευ βαρύκτυπον
Εὐτρίαιναν· ὁ δ' αὐτῷ
παρ ποδὶ σχεδὸν φάνη.

V. 52. ἄπορα, ἄπορον APacGGuVbdfgW1P1Aa et Athen. (sed ibi BP ἄχορον α). — V. 53. κακαγόρους PaP1Vf, κακαγόρος APbW1 Schol., quod cum ex antiqua scriptura forte esset servatum (et servandum censet Boeckh cf. Schol. Theocr. V. 84.), ortus inde error Pc ἀκέρδειαν λ. θ. κακάγορος. Contra MaGBβγ κακαγόρως, alii κακηγόρως, κακηγόρους. — V. 57. ἄν Hermann, v. τάν. — καρτερὸν αὐτῷ, Hecker καρτερόνωτον. — V. 64. ἔθεσαν APc, θέσαν A1GMb Bodl. tres, vulgo θέσσαν forma suspecta, sed ἔθεσαν quoque propter numerum incommodum, fort. θῆσαν i. e. nutrivernt, quod Ahrens quoque coniecit. — τε om. PcW1. — λαθέμεν GW1P1Pc AbMaVa1A, λασέμεν *. — ἔρδων MbLaAaW1. Hoc an ἔρδων in Pindaro praeferendum sit, difficile diiudices. — V. 65. οἱ Schol. ALaP1Va1 Veneti quinque collocant post τοὔνεκα, W1 utroque loco exhibet. — V. 66. αὖτις W1, vulgo αὖθις. — V. 71. ἄγχι δ', ἐγγὺς δ' W1Pc Schol., fort. ἐγγὺς ἐλθών. — V. 73. Εὐτρίαιναν, εὐρυτρίαιναν PcW1. — V. 74. παρ ποδὶ W1 P1AbPcVbdf et codd. Gregor. Cor. p. 208., παρ ποσὶ ceteri.

τῷ μὲν εἶπε· Φίλια δῶρα Κυπρίας ἀγ' εἴ τι, Ποσείδαον,
ἐς χάριν
τέλλεται, πέδασον ἔγχος Οἰνομάου χάλκεον,
ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτάτων πόρευσον ἁρμάτων
ἐς Ἄλιν, κράτει δὲ πέλασον. .
ἐπεὶ τρεῖς τε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσαις
μναστῆρας ἀναβάλλεται γάμον

Ἐπ. γ'.

ὀργατρός. ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει.
θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα, τί κέ τις ἀνώνυμον
γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν,
ἀπάντων καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὗτος ἄεθλος
ὑποκείσεται· τὺ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδοι.
ὡς ἔννεπεν· οὐδ' ἀκράντοις ἐφάψατ' ὧν ἔπεσι. τὸν μὲν
ἀγάλλων θεός
ἔδωκεν δίφρον τε χρύσεον πτεροῖσίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

Στρ. δ'.

ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν παρθένον τε σύνευνον·
τέκε τε λαγέτας ἐξ ἀρεταῖσι μεμαότας υἱούς.
νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις
ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς,
τύμβον ἀμφίπολον ἔχων πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ· τὸ δὲ
κλέος
τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις

V. 75. *εἶπε*, Va1 Schol. *ἔειπε*, videtur antiqua corruptela fuisse **τὸ μὲν εἶπε**, unde in aliis **τῷ δ' ἔειπε** (*εἶπε*) legitur. — V. 76. *ἔγχος*. Schol. *Ἀμμώνιος ἔγχος Οἰνομάου τὸ ἅρμα ἤκουσεν*, qui videtur *ἔντος* scripsisse. — V. 79. *τε* Schol. BdAbW12LabVcGu et Schol. Lyc. 156. Greg. Cor. 210., om. Va1Pc, vulgo *γε*. — *ὀλέσαις* cod. Vict. et Greg. Cor., vulgo *ὀλέσας*, et formam vulgarem in Olympiis fere semper codd. exhibent, nisi quod III. 5. Sch. *ὀρθώσαις*, III. 17. G *πείσαις*, VI. 20. Pc. *ὁμόσσαις*, XI. 20. cod. Vict. *θήξαις*, sed teste Mommsenio Va2 septendecim certe locis *αις* vel *ᾶς* exhibet, vulgarem terdecies tantum. — V. 80. *μναστῆρας* W1Pb, *μνηστῆρας* PcPaAb VdfGVa1A Gregor. Sch. Lyc., *ἐρῶντας* *, quem admodum etiam ap. Philostr. Im. I. 30. *Ἱπποδαμείας ἐρῶντας* et *μνηστῆρας* variant libri. Producta syllaba cum offendat, fort. leg. *ματῆρας*, non dissimile est Homericum Il. IX. 394 *γυναῖκά γε μάσσεται*. — V. 82. *τί*, Greg. *τά* et sic W1 a pr. m. — V. 84. *ουτος ἄεθλος* ACLipAabGVbcdfgP1GuLabW12BadVa1, vulgo *οὗτοσὶ ἀθλός γ'*. — V. 85. *ὑποκείσεται*, Hecker *ἐπικείσεται*. — V. 86. *ὧν* om. Pc. — *ἔπεσι* ABd**αPabW2**AbLaGuVbcdg, vulgo *ἔπεσσι*. — V. 87. *δίφρον τε χρύσεον* PcW1P1**Vbé**, vulgo *δίφρον χρύσεον ἐν*, sed *ἐν* om. GVdAb. — V. 88. *τε*, Ab *δέ*. — V. 89. *τέκε τε Bcβγ*MbVe cod. Canteri, *τέκε δὲ*, PabVcgHGu, *ἃ τέκε* Schol. ARP1PcAbMaW1*Bγ* in m. VabdfVa1. Fort. *ἑλὼν δ' — ἔτεκε* (vel *τέκετο*) — *μεμαότας* Schol. W1PcP1Vbd*Bβ* in m. Va1Ab, *μεμαῶτας* GVf, vulgo *μεμαλότας*.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Β'.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.



Epodi.



Str. v. 3. fort. aliter metiri debemus, vid. ad v. 10. — V. 6. **Boeckh** in priore ed. in duos **versus** divisit, ut ultimae sex syllabae peculiarem **versum** efficerent, ⏑ – – ⏑ – ⏓; recte, ut mihi videtur, cf. ad v. 8. et 26., **nisi quod** ⏑ – – ⏑ – ⏓ praestare arbitror. — Ep. v. 1. antea erat – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓, sed syllaba ex libris revocata v. 55. 75. 95. creticum numerum **restituendum** esse vidit Tycho Mommsen.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Β'.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.



Epodi.



Str. v. 3. fort. aliter metiri debemus, vid. ad v. 10. — V. 6. Boeckh in priore ed. in duos versus divisit, ut ultimae sex syllabae peculiarem versum efficerent, ⏑ ˊ ˊ ⏑ – ⏑; recte, ut mihi videtur, cf. ad v. 8. et 26., nisi quod ⏑ ˊ – ⏑ ˊ ⏑ praestare arbitror. — Ep. v. 1. antea erat – ˊ ⏑ – ˊ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑, sed syllaba ex libris revocata v. 55. 75. 95. creticum numerum restituendum esse vidit Tycho Mommsen.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, Στρ. ά.
τίνα θεόν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;
ἦτοι Πίσα μὲν Διός· Ὀλυμπιάδα δ' ἔστασεν Ἡρακλέης
ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετραορίας ἕνεκα νικαφόρου
γεγωνητέον, ὅπι δίκαιον ξένων, ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,
εὐωνύμων τε πατέρων ἄωτον ὀρθόπολιν·

καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ Ἀντ. ά.
ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν
ὀφθαλμός, αἰών τ' ἔφεπε μόρσιμος, πλοῦτόν τε καὶ χάριν
ἄγων
γησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.
ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας, ἕδος Ὀλύμπου νέμων
ἀέθλων τε κορυφὰν πόρον τ' Ἀλφεοῦ, ἰανθεὶς ἀοιδαῖς
εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον

λοιπῷ γένει. τῶν δὲ πεπραγμένων Ἐπ. α.
ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν ἀποίητον οὐδ' ἄν
χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος·
λάθα δὲ πότιμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.
ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει
παλίγκοτον δαμασθέν,

ὅταν θεοῦ Μοῖρα πέμπῃ Στρ. β'.
ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν. ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπαθον αἳ μεγάλα, πένθος δ' ἐπίτνει
βαρύ
χρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.

V. 2. θεόν, P1Pb θεῶν. — τίνα δ', BbGLaMaAbAVa1 τίν'. — V. 4. ἀκρόθινα, Zenodotus ἀκροθίνια, lemma schol. ἀκροθόνια, quae videtur antiqua lectio esse. — V. 6. γεγωνητέον, ὅπι δίκαιον ξένον id est ὅπιδι Hermann, cum ante ὅπιν δίκαιον ξένον coniecisset, libri γεγωνητέον ὁπὶ, δίκαιον ξένων, nisi quod G a m. pr. ὅπι et supra ὅπως, καθώς, unde elicias γεγωνητέον, ὅπα δίκαιον, ξένον vel ξένων ἔρεισμ', Ἀκράγαντος εὐωνύμων τε πατέρων κτλ. Sed potius versu in duas partes diviso scribendum γεγωνητέ' ἐνοπᾷ δικαιόξενον | ἔρεισμ' Ἀκράγαντος. — V. 10. πλοῦτον, Hermann ὁ πλοῦτον, atque ita numero versus consulitur, sed fort. ἐπ' ὄλβον scribendum, cf. schol. τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιπέμπων ἐπὶ ταῖς γησίαις αὐτῶν ἀρεταῖς. — V. 14. σφίσιν, PcW12 σφίσι, Pc etiam κόμησον. — V. 17. ὁ πάντων, Aa (a pr. m.) ἁπάντων. — V. 21. πέμπῃ, W1 πέμψῃ. — V. 22. ἀνεκὰς, Pc ἀναβᾶσ' cum gl. ὑψωθεῖσα. — V. 23. δ' ἐπίτνει Boeckh et Mingarelli, v. δὲ πιτνεῖ. Dissen. ἔπιτνεν, quoniam aoristus requiri videtur, sed haec quoque imperfecti, non aoristi est forma. — V. 24. πρὸς, Schol. etiam πρό.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Β'.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.



Epodi.



Str. v. 3. fort. aliter metiri debemus, vid. ad v. 10. — V. 6. Boeckh in priore ed. in duos versus divisit, ut ultimae sex syllabae peculiarem versum efficerent, ⏑ – – ⏑ – ⏓; recte, ut mihi videtur, cf. ad v. 8. et 26., nisi quod ⏑ – – ⏑ – ⏑ praestare arbitror. — Ep. v. 1. antea erat – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ –, sed syllaba ex libris revocata v. 55. 75. 95. creticum numerum restituendum esse vidit Tycho Mommsen.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, Στρ. ά.
τίνα θεόν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;
ἦτοι Πίσα μὲν Διός· Ὀλυμπιάδα δ' ἔστασεν Ἡρακλέης
ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετραορίας ἕνεκα νικαφόρου
γεγωνητέον, ὅπι δίκαιον ξένων, ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,
εὐωνύμων τε πατέρων ἄωτον ὀρθόπολιν·

καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ Ἀντ. ά.
ἱερὸν ἔσχον οἶκημα ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν
ὀφθαλμός, αἰών τ' ἔφεπε μόρσιμος, πλοῦτόν τε καὶ χάριν
ἄγων
γησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.
ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας, ἕδος Ὀλύμπου νέμων
ἀέθλων τε κορυφὰν πόρον τ' Ἀλφεοῦ, ἰανθεὶς ἀοιδαῖς
εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον

λοιπῷ γένει. τῶν δὲ πεπραγμένων Ἐπ. α.
ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν ἀποίητον οὐδ' ἄν
χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος·
λάθα δὲ πότιμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.
ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει
παλίγκοτον δαμασθέν,

ὅταν θεοῦ Μοῖρα πέμπῃ Στρ. β'.
ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν. ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπαθον αἴ μεγάλα, πένθος δ' ἐπίτνει
βαρύ
κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.

